



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

Ego uero gratiarum actionem immolabo, uota mea reddam domino, quod mihi succursum sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

ANNOTATIONES

am Dei sed opera sua fidē collocant. Illi, quom quid sit fides ignorent. ac nunquam tanta erumna pressi sint, ut ad quid fides prosit intelligant, & nesciant ut nihil tum bona opera adiumento sint, Illi quom sic permaneant, gratiam uilem reputant, & suum ipsorum opus pretiosum existimant. At uero Iona confirmat hic, præter uanitatē, hoc esse nihil, quod uernacula nostra tantum sonat, Nullius precij, nullius coram deo ponderis est, apud quem nihil ualet, nisi eius tum bonitas tum misericordia sincera fide apprehensa, & prædicata palam, citra ullorum operū meritorum, ue respectum nobis donata. Qui ergo huiusmodi uanitatibus fidunt, cassum est illorum studium & perditū inquit, nihil enim illis prodest. ut fidutiā illorū & spes æque nihil ualeat, atq; factum illorū aut uanitas, quibus fidunt. Quo præcipue populum suum Israëliticum propheta reprehendit, qui lege & operibus suis adeo fidebant, ut non solum Euangelion & gratiam Dei relinquerent, sed etiam persequerentur. quom tamen ad eos præcunctis, peculiariter attinebāt, quippe quibus promissa erant.

Ego uero gratiarum actionem imolabo, uota mea reddam domino,

VIII

g z quod

quod mihi succursum sit.

Rursus hic Iudeos, cum sacrificijs & operibus suis taxat. ac si dicat illud Psal. 49. Immolant boues & hædos, quasi uero deo gratum sit bubula carne, aut ouina uesci. interim tamen se optime putant egisse. Ast ego planè sentio Sacrificiũ laudis aut gratiarum actionis, longe omniũ præstantissimum esse, quo laudetur, cõmendetur, & prædicetur, propter eius bonitatem indignis nobis exhibitã, perinde atq; hic Iona dicit, quod mihi succursum sit. Alij uero à Deo potius laudari & prædicari cupiunt, uelut ij qui sua per opera multum fructus & commodi deo dederint. Et quamuis talem gratiæ dei cognitionem antea secum habuerit, non tamen adeo copiose, ut in hoc certamine & tentatione didicit. Hic enim planè agnoscit, Deum neq; personam, nec ullum respicere meritum. qui indignis adeo peccatoribus opem fert. Antea numiũ in ea cogitatione fixus erat, quod & personã & opera Deus respiceret, maxime populi Israël, tametsi ab ea nondũ plene liberatus sit.

Quod uero ait uota mea per soluum, non sic accipiendum est quasi quicquam Iona uouerit, nihil enim ea de re proditum est memoriæ, neq; hæc etiam inter cæteras cogitationes arguit, quibus in pi-  
sce ma-

ANNOTATIONES.

scē macerabatur, quandoquidem solam suam orationem indicarit. Quapropter, opus est nos assuefieri scripturæ, ut ubicunq; diu generatim de uotis loquantur & per solutione, neq; quicquam singulatim exprimunt, communc illic uotum, totius populi Dei, & omnium qui Christum caput suum agnoscunt intelligatur. Vouemus autem, nullum alium nos habituros Deum, præter ipsum solum. Quare huiusmodi uotum persolvere nihil aliud est, quàm confiteri, laudare, prædicare, adeoq; honorare & colere Dominum. sicut & Psalm. 49. ait. Immola Deo sacrificium laudis, & uota tua altissimo persolue. Et Psalm. 115. Persoluam uota mea Domino, in conspectu omnis populi eius. Ad hunc modum Iona uota sua reddere in animo habet, hoc est, Dominum commendare, prædicare, tanquam unicum Deum suum. eo quod sibi succursum sit.

Et dominus dixit pisci, isq; Ionam in terram expuit.

Hoc peculiari Scripturæ modo dictum est, putata. Quod Deus omnia operetur & faciat, per Sermonem aut Verbum. ut Iohã. 1. Omnia per uerbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & Psalm. 33. Ipse dicit, & fiunt. Præcipit, & ecce adsunt. Sic Io

g s nan pi=